



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**PSALTE=||RIVM DAVIDIS || CARMINE REDDITVM || PER  
EOBANVM || HESSVM.||**

**Hesus, Helius Eobanus**

**Lipsiae, 1557**

**VD16 B 3198**

Psalmvs CXXXI. Domine non est exaltatum cor meum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69301](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69301)

## PSALMVS CXXXI.

Domine non est exaltatum cor  
meum.

## ARGUMENTVM.

Proponit suum exemplum, & hortatur,  
ut nitamur & acquiescamus in uerbo, non  
in fiducia nostrarum uirium, & sapientiæ, ac  
iustitiæ humanæ.

Iustitiæ propria, atque operum fiducia uana est,

Ni sit iustificans talia cuncta fides.

Corripite elatos animo, qui uiribus usi

Poſſe ſuis fieri que uoluere putant.

Canticum graduum Dauid.

**S**Vmme parens rerum qui ſtelligeri ardua cœli  
Incolis, & ſolo numine templa moues.  
Non fuat ulla unquam nubi uana superbia cordi.  
Non ego, ceu fastu, lumina celsa tuli.  
Non ego me ingeſti rebus maioribus unquam,  
Quæ captum poſſent exuperare meum.  
Hanc animam poſui, uelut à nutrice remotum  
Infantem, ualeat qui ſine lacte nihil.  
Expetat Iſraël Dominum quia pendet ab illo,  
Totus in æternos, & ſine fine, dies.

## PSALMVS CXXXII.

Memento Domine Dauid, & om.

## ARGUMENTVM.

T 4

EJ

## Narratio.

Hoc eſt, ſum-  
contentus uer-  
bo tuo, & per  
uerbū alias co-  
gitationes ex-  
curio.

Adhortatio,  
ut idem faciat  
tota Ecclesia.